



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 53. Rebellio Comitum Tolosani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

§. LIII.

Sæcul. XIII.

A.C. 1242.

Rebellio Comitis Tolosani.

Sup. Lib.

LXXIX.

§. 51.

Guil. Pod.

Laur. c. 44.

Raymundus Tolosæ Comes foederis cum Rege Sancto Ludovico Parisiis anno 1229. in penitentia ductus, alteras ad nuptias procedere volebat, ut susciperet filium, quem successorem suum scriberet exclusa filia sua Joanna. Hanc Principem e prima uxore sua Sanctia Arragonia procreaverat, quæ etiamnum vivebat, sed a Comite dudum relicta fuerat, suum matrimonium declarari nullum cupiente. Hunc in finem a Papa Inquisitores impetraverat, scilicet Episcopum Albigæ, ac Præpositum ad S. Salvium eadem in urbe, qui dissolutionem conjugii statuerunt ex eo capite, quod Comitis pater Sanctiæ pater lustricus esset. Nec ista repugnabat. Sed Raymundus Episcopus Tolosanus multis Comitis precibus non est adductus, ut huic iudicio interesset, quia testium productorum relatio ei suspecta erat. Hæc illius cautio acceptissima fuit S. Ludovico, ejus fratri Alphonso Comiti Pictaviensi, & conjugii ejus Joannæ, quorum rationibus Inquisitorum sententia oberat.

Ita solutum se perhibens Comes Tolosanus ex consilio Regis Arragoniæ tertiam

Sæcul. XIII. tiam Raymundi Berengarii Provinciae
A.C. 1242. Comitis filiam, cui pariter Sanctiæ no-
 men erat, in sponsam petiit: & Rex To-
 losani Comitis personam gerens, sub
 conditione, si Papa annuat, sponsalia
 cum illa fecit per actum Aquis Sextiis
 11. Aug. 1241. celebratum, ubi Episco-
 pus Tolosanus tanquam testis aderat.
 Papæ consensu opus fuit, quia ob cogna-
 tionem legis gratiam fieri oportebat:
 eamque obtinendi causa Legati mitte-
 bantur ad Papam Gregorium, cujus mor-
 tem Pisas delati audierunt. Quare hoc
 connubii foedus effectu caruit, & illa Prin-
 ceptus postea Comiti Richardo Angliæ
 Regis fratri nupsit. Tolosanus Comes
 ducturus erat Isabellam ex Hugone Li-
 ciniacensi, Marchiæ Comite, ac Isabella
 Regis Joannis vidua & Henrici tunc in
 Anglia regnantis matre natam: sed ruti-
 sum propinquitas obstabat.

Nang. Gesta Interim accessit ad armorum socie-
p. 337. tatem, quam Marchiæ Comes cum Re-
 ge Angliæ contra Gallorum Regem in-
 iit, ut Pictaviensem provinciam recu-
 peraret. Verum Rex S. Ludovicus
 hoc in bello gloriæ messem fecit. Nam
 & egregia fortitudinis suæ specimina in
 Talleburgensi æque ac Santonensi pu-
 gna edidit; & Regem Henricum in fu-
 gam

gam compulit; & Marchiæ Comiti, cui Sæcul. XIII.
A. C. 1242.
Comes irata venenum parari voluerat, generoso ignovit animo: quod anno 1242 factum. Comes Tolosanus Regis progressibus bellicis obstupescens pacem petiit, & anno sequente Lauriaci in agro Vastinensi obtinuit.

§. LIV.

Martyres Avenionenses.

Seditio Comitis Tolosani Occitaniæ hæreticorum animos accendit: & legimus, eodem anno 1242. 29 Maji in pervigilio Ascensionis a quibusdam eorum sectæ addictis Inquisitores fuisse occisos; nempe tres Fratres Prædicatores, Guilielmum Arnaldum, Bernardum Rupifortinum, & Garfiam Aurianum; duos Fratres Minores, Stephanum Narbonensem, & Raymundum Carbonensem; Priorem Avenionensem monachum Clusanum, Raymundum Canonicum & Archidiaconum Tolosanum, Bernardum ejus Clericum, Petrum Arnaldum Notarium, Fortanerium & Ademarum Clericos. Hi undecim nocte in conclavi Comitis Tolosani jubente ejus Prætore trucidati sunt Avenioneti nunc Papulopolitanæ, tunc Tolosanæ Diœcesis oppido. Illorum cæde comperta Cardinales in interregno Romæ præsentibus

*Boll. 29.
Maj. to. 18.
p. 180.*

Hist. Eccles. Tom. XX. Dd Fra-